



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Quæst. I. Qualis repræscribatur Eleemosyna pro Jubilæo?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

172 P. 3. De Jubileo extraordinario.
potest & alia præscripta, ex indulto
Bullæ.

*Quid dicendum de agricolâ, aut alio
operario, qui propter laborem, quem ex
necessitate alendi se vel uxorem, aut fami-
liam suam, subit, jejunare non potest?*

R. Id esse justum impedimentum,
seu impotentiam, ob quam potest
Confessarius jejunium in aliud com-
mutare. Ita Navarrus *de Orat. Miscell.*
60. Emm. Rodriguez *Sum. c. 184. n.*
10. *sine.* Reginaldus *l. 7. n. 185.* Go-
bat *n. 211.* qui opinatur hoc etiam ex-
dendum ad illum, qui laborem cum
jejunio impossibilem obit, non
ex necessitate, sed ob magnam utili-
tatem spiritualem, vel temporalem.

SECTIO VI.

DE ELEEMOSYNA.

QUAEST. I. *Qualis præscribatur
Eleëmosyna pro Jubileo?*

RESP. Præscribitur eleëmosyna
non spiritualis, quæ fit docendo ne-
cessa-

neffaria ad salutem, corripiendo delinquentes, &c; sed corporalis: usus enim Fidelium Bullas de eleëmosynâ loquentes, interpretatur de eleëmosyna corporali.

Nomine autem eleëmosynæ corporalis veniunt datio stipis indigenti, exceptio mendici, peregrini pauperis, Religiosi, intra domum; denique exercitium unius ex septem operibus misericordiæ corporalis: singula enim ex illis septem misericordiæ corporalis operibus, sunt propriè dictæ eleëmosynæ, ex S. Thomâ. 2. 2. q. 32. a. 2. communiter recepto.

Et quamvis Bulla diceret, esse dandam eleëmosynam; satisfactorius diceretur, qui faceret unum ex illis operibus designatis, ut colligi potest ex iis, quæ de præcepto dandi eleëmosynam tradit ibidem sanctus Doctor art. 5. & cum eo cæteri Theologi. Gobat n. 218. Arsdekin p. 3. tr. 3. c. 6.

Q. 2. Quanta eleëmosyna sit facienda?

H 3

R. 1. Si